UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Benigno presbytero [et] martyre. Cap[itulum]. iij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

bare: cuius corpus ſummo honoꝛe collectum in templo apollinis comburebatur: ⁊ cineres pro reliquijs recondebantur. Eodem tempoꝛe ceſarius diaconus ex aphꝛica ad predictam ciuitatē deueniens: ⁊ kalē. ianuarij: hec videns ⁊ abhoꝛrens ac redarguens: de xp̄ianitate ſuſpectus tentus eſt a firmino pontifice: ⁊ a luxurio pꝛimario ciuitatis. Et poſt dies. viij. traditus eſt leontio cōſulari. Quo iubente nudatꝰ ante templū apollinis aductus eſt. Dum autē oꝛaſſet templū coꝛruit: ⁊ firminū pontificē interfecit. Clamante autē populo: ceſarium innocentem leontius cum in cuſtodia nudum detinuit per menſes. xxij. Poſt hec autē inde eductus: ſed ab angelo capillis ſuis ſubito creſcētibus indutus: du3 peteret ſe modicū relaxari ⁊ dimiſſus oꝛaſſet: lux ipi de celo nimia effuſa eſt. Que cernens leontius conuertitur: ⁊ a ceſario baptizatur: ⁊ a iuliano pꝛeſbytero ſacra cōmunione ſanctificatur: vt dictū eſt ſupꝛa de eo. iij. kalē. nouēbꝛis. Poſtꝙ ꝟo ſanctus leontius obijt: luxurius ceſariū ⁊ iulianū detinuit: ⁊ in ſacco vinctos in mare ſimul pꝛecipitari fecit. Quoꝛū coꝛpoꝛa a mare ad littus iactata euſebius collegit: ⁊ ea cōdigno honoꝛe ſepeliuit kalen. nouembꝛis: luxurius ꝟo poſt dies modicos a ſerpente percuſſus interijt.

De ſancto Benigno pꝛeſbytero ⁊ martyꝛe. Cap. iij.

BEnignꝰ pꝛeſbyter ⁊ martyꝛ paſſus eſt apud caſtrum diuionū ſub aureliano impatoꝛe. Qui cum ipſius auguſti tempoꝛe cū andochio pꝛeſbytero et thyꝛſo diacono: a ſancto epiſcopo policarpo iohannis euangeliſte diſcipulo ad pꝛedicandū in galliam miſſus eſſet: ad poꝛtum maſſilie deuenientes ciuitatē eduam adierunt: vbi a fauſto quoda3 ſenatoꝛe iam voto chꝛiſtiano licet occulto honoꝛifice ſuſcepti ſunt. Quem cum filio ſymphoꝛiano adoleſcēte ⁊ omni familia baptizauerūt. Ad cuius etiam pꝛeces ad ciuitatem lingonicam acceſſerunt: leonillā fauſti ſoꝛoꝛem chꝛiſtianā fieri cupientem cum tribus eius nepotibus: quoꝛum ipa auia erat: ſcilicet ſpeuſippo eleuſippo ⁊ meleuſippo vnda ſacra perfuderunt: ⁊ in chꝛiſti fide docuerunt. De quibus ſupꝛa in eoꝛū paſſione dictum eſt. xvi. kalendas febꝛuarij. Deinde benignus pꝛeſbyter diuionum redijt. Ibiꝗ pꝛedicare cepit. Aurelianus ergo imperatoꝛ illuc deueniens: benignum compꝛehenſum et ſacrificare recuſantem: neruis duriſſimis cedi fecit: ⁊ inde a trocheas extenſu3 carceri mācipauit: vbi ab angelo confoꝛtatur: et vulnera eius ſanantur; die ſequenti imperatoꝛi exhibetur: cuius iuſſione ad templum ducitur: et immolare ſuadetur. Sed oꝛatione ab eo facta idola ſicut fumus euanuerūt. Quē aurelianus iratus mandauit in carcerē mitti: ⁊ in ſaxo per foꝛato pedes eius includi: ⁊ ſudes in digitis manuum affigi: atꝗ per dies ſeptem omnē ei cibum potumꝗ negari: canes quoꝗ famelicos ſecū recludi: vt canes eius lacerarēt. Cum aūt ſanctus diebus ſex in oꝛatione perſeueraſſet: canes adeo mitigauit: vt nec veſtem eius lederent. Die ꝟo ſeptimo aperta cuſtodia benignus illeſus inuentus eſt: ⁊ a ſudibus ⁊ cippo ſolutus. Tuncꝗ iubente imperatoꝛe: vecte ferreo in collo cōtuſus: ⁊ lancea confoſſus expirauit: viſa quoꝗ eſt colūba niuea ex oꝛe eius pꝛogredi: ⁊ vſꝗ ad celos euolare. Coꝛpus autē remāſit nimio fragrans odoꝛe: quod a xp̄ianis in eodem caſtro ſepultum eſt kalen. nouēbꝛis.

De ſancta Maria virgine et martyꝛe. Cap. iiij.

MAria ꝟgo et martyꝛ apud ciuitatem nicomedie paſſa eſt. Que dum eſſet ancilla cuiuſda3 tertulij pꝛincipalis: et a domino ſuo pꝛopter natalem filij hoſtie dn̄is immolarentur: illa a conſerua domine delata: ꝙ de ſacrificijs: vtpote chꝛiſtiana guſtare noluiſſet: verberibus diris afflicta eſt: ⁊ a tertulio duro carcere mancipata: ibiꝗ diebus decem fame cruciata eſt. Quibus a romano pꝛeſide cōpertis mariam ſibi pꝛeſentari fecit: eamꝗ ſacrificare nolentem: vngularum laniatione vexari pꝛecepit. Sed clamoꝛe populi innocentē virginē pꝛoteſtantis: eā ad carcerē duci mandauit. Que du3 duceret: manus ſe tenentiū euadens ⁊ fugiēs ab ipſis inſequitur. Dumꝗ ad ſaxū collis deueniſſet: ſaxum diuina virtute ſcindit: ⁊ virginem intra ſe recipiēs confeſtim concludit: ⁊ perſecutoꝛes excludūtur: ac in teſtimoniū miraculi fruſta aliqua ex veſtibus virginis: extra petra3 conciſa dimittūtur. Quod illi cernētes: territi ſaxum circūeunt: nec additum vllum inuenire poſſunt. Audiens hec pꝛeſes populū ad ſaxum concidendū aduocat: vt inde maleficā educāt. Sed tonitrua ⁊ fulgura maxima continuo erumperunt: equiteſꝗ duo equis igneis inſidentes de celo aduolarunt. Populi ꝟo pauentes ad templa deoꝛu3 recurrerunt: verū erumpentes fulmina duo milia gentiliū interfecerūt. Idola quoꝗ plurima in puluerem redegerūt. Que videntes multi alij paganoꝛum numero tria milia ad chꝛiſtum conuerſi ſunt. Pꝛeſes autem a fulgure interemptus eſt. Maria ꝟo ſaxo incluſa migrauit ad dominum. Poſtea quoꝗ